

VERS. 15. — QUIN POTIUS LOQUERE AD REGEM, ET NON NEGABIT ME TIBI (1). Libido, si paulò sit ardentior, et metus gravis, ac subitus, omnem interdum prudentiam, imò et mentem expec-

xisse, atque Thamar em loco, ubi cibum paraverat, accivisse in conclave, quò euntem illam secutus fuerit. Id tamen fortassè explicandum est solummodò de conclavi loco, ubi lectus stratus erat. (Calmet.)

(1) Parlez plutôt au roi, et il ne vous résistera pas quand vous lui demanderez de m'épouser. C'est en vain que l'on chercherait une exacte vérité dans les paroles de cette jeune princesse. Son cœur parle plus que son esprit, et elle avait grand sujet d'être comme hors d'elle en voyant ce qu'elle voyait. Car ou elle ignorait que la loi défendit au frère d'épouser sa sœur, ou, quand elle l'aurait su, elle ne trouvait point d'autre moyen pour se tirer de l'extrême péril où elle était, que de faire espérer à Amnon qu'il pourrait avoir un jour légitimement ce qu'il ne pouvait désirer alors que par le plus détestable de tous les crimes. (Sacy.)

Les mariages entre frères et sœurs de même père et même mère, ou de même mère seulement, ou seulement de même père, étaient expressément interdits aux Hébreux, sous peine de mort. Cependant Voltaire a avancé que chez les Juifs on pouvait épouser sa sœur. Il a répété la même calomnie dans ses *Quest. encyclop.*, art. *inceste*: « Il était permis, dit-il, aux Juifs, comme aux Athéniens, aux Egyptiens, aux Syriens, de se marier avec leurs sœurs. » Que doit-on penser d'un philosophe qui voudrait persuader qu'il recherche et qu'il aime la vérité, quand on lui voit avancer avec tant de confiance des assertions si contraires aux lois les plus positives et les plus précises? Mais quelles preuves donne-t-il donc d'une proposition formellement contredite par la loi de Moïse? « Lorsqu'Amnon, fils de David, viola sa sœur Thamar, fille de David, Thamar lui dit: Demandez-moi au roi mon père, et en mariage, il ne vous refusera pas. » Il est encore revenu sur cet article dans la Bible expliquée: « Thamar dit à son frère: Demandez-moi en mariage; le Lévitique défend expressément au chapitre dix-huit de révéler la turpitude de sa sœur; mais quelques Juifs prétendent qu'il était permis d'épouser la sœur de père et non pas de mère. Le chapitre dix-huit du Lévitique ne défend, après tout, que de révéler la turpitude de sa sœur; mais quand il y a mariage, il n'y a plus de turpitude. » Suivant cette dernière réflexion, on pourrait soutenir que la loi de Moïse permettait d'épouser sa mère, puisque le Lévitique ne s'exprime pas autrement par rapport à la conjonction du fils avec la mère: *Vous ne découvrirez point la turpitude de votre mère.* On est indigné avec raison d'entendre opposer froidement les discours d'une jeune personne troublée de l'affront cruel qu'on lui prépare, aux termes précis d'une loi formelle. Ces paroles, échappées dans l'effroi, suffisent-elles pour prouver, chez les Hébreux, une coutume que leur loi réprouve, et dont l'histoire de cette nation ne fournit aucun exemple? Ne

torat. Cupiebat Thamar ex illo cum Amnone congressu immunis redire ab incestu, quem sibi à potentiore, atque audaci fratre, imò ab infensissimo hoste metuebat. Quare aut verè, et seriò, quia non putabat inter fratres, maxime si germani non essent, prohiberi connubia; sive simulatè, ut spe oblatà conjugii stultum, et impurum fratris sui conatum eluderet, illi legitimum offert congressum, modò id parenti non esset ingratum, dummodò expectaret legitimi connubii sociale foedus. Fortassè Thamar ignorabat, utpote puella, et matre quoque nata gentili, inter fratrem, sororemque, maxime si non fuerint omninò germani, id est, patrimi, ac matrimi, legitima posse contrahi connubia: et hanc cogitatione decepta, aut quia eà simulatione decipere, aut retardare voluit fratris intemperantiam, ita conjunctionem veneream, et damnatam respuit, ut tamen annuente patre honestum, legitimumque conjugium, et perpetuam vitæ societatem promittat. Quòd autem ita cogitavit Thamar, mirandum non est, quia, ut dixi, nata fuerat matre gentili, ex eà regione, in quâ in hujusmodi connubiis, quæ inter fratres contrahuntur, nihil putabatur esse non legitimum. Aut certè, quia illà promissione sedari posse credidit in fratre juvenem ardorem, quia putabat fratrem in illà insaniam neque cogitare posse, ut sæpè fit, quid ratio, quid lex, aut etiam quid natura præscribit.

Multa hic suo more fabulantur Hebræi, dicuntque optimè inter Thamar et Amnon intercedere potuisse conjugium, quia Thamar tunc suscepta David ex Maacha filiâ regis Gessur, cum adhuc esset gentilis; atque ideò licet filia esset David, et soror Amnon secundum carnem, non tamen secundum legem; ex quâ oriri potuit illa cognatio, quæ nullo modo legitimi tori societatem admitteret. Sed est planè falsum hoc Rab. Kimhi inane commentum; nisi etiam dicamus Absalomem non esse Davidis filium, qui eo tempore natus est, quando mater illius Maacha videri potuit esse gentilis, nempe in Hebron, ut habes lib. 1 Paralip. c. 3, v. 2; Thamar autem multò post in Jerusalem, ibid. v. 9, quando de matris religione nemo dubitare poterat. Multò minùs habet probabilitatis, quod docet Rab. Salomon,

pourrait-il pas se faire aussi que Thamar, dont la mère était idolâtre, puisqu'elle était fille du roi de Gessur, ait cru que de tels mariages étaient permis chez les Hébreux, comme ils l'étaient dans le pays de sa mère? (Duclot.)

ut tradit et videtur non improbare Lray: dicit enim, neque secundum carnem cognatos esse Amnon et Thamar, quia gravidam duxit Maacham David ex priori viro, ex quo nata fuit Thamar. Quod planè incredibile est: neque enim David uxorem eripisset alteri viro nisi repudiatam; saltem à priori viro gravidam accipere non potuit, cum ab eius nuptiis ad ortum Thamar multi intercessissent anni. Hæc enim illam uxorem, cum esset in Hebron, ubi Absalon natus est; et Thamar nata fuit in Jerusalem, ut videtur certum ex lib. 1 Paralip. cap. 3, v. 9. Has Hebræorum cogitationes refellit Abulensis q. 4, neque plus habent probabilitatis alia, quæ in hanc sententiam adducunt Hebræi. Mihi illud magis probatur, quod adduxi prius, nempe verba illa dixisse Thamar, quia quid lex et natura præscriberet, ignorabat, aut quia sic eludere voluit, aut retardare prurientis insaniam. Quod etiam putat Abulensis q. 4.

VERS. 14. — NOLUIT AUTEM ACQUIESCERE PRECIBUS EIUS, SED PRÆVALENS VIRIBUS OPPRESSIT EAM. Sanè libido præceps est et cæca, neque ratione ducitur, sed impetu quodam et furore rapitur. Flectere potuissent adolescentis animum sororis preces, et ad quamdam modestiam et æquitatem adducere; sed mens aberat, et furor potiùs et libido dominabatur, quàm æquitas, quàm consilium et ratio. Quare oblitus pudoris et honestatis, vi rem gerit, non ratione, quæ ubi libido dominatur, nullum habet locum; quare irruit in miseriam, quæ longè erat viribus inferior, atque ideò illam violenter oppressit.

VERS. 15. — ET EXOSAM EAM HABUIT AMNON ODIO MAGNO NIMIS (1). Sicut ira furor est brevis, ut Satyricus dixit, sic etiam interdum malè et turpiter conciliatus amor, qui si alius

(1) Odii causam comminiscuntur Rabbin, scilicet quòd Thamar stupro Amnon resistens, cum eo luctando ejus genitalia ita laceravit, ut ea debuerint abscondi; sed hæc cæcæ Rabbini crassæ sunt imaginationes et figmenta. (Corn. à Lap.)

Aussitôt Amnon conçut pour elle une étrange aversion, de sorte que la haine qu'il lui portait était encore plus excessive que n'avait été sa passion. Ces changements si soudains sont aisément la suite des dérèglements honteux. Il ne faut pas chercher de la raison dans ce qui se fait contre la raison. Comme une même fièvre produit une chaleur et un froid extrême, dans un même corps, ainsi, depuis qu'un homme est tombé dans le vice, il passe aisément d'une extrémité à l'autre, et il s'abandonne avec une incroyable légèreté à des excès tout contraires, comme étant le jouet de la passion qui le domine, et du démon qui le possède. (Sacy.)

se difficilem præbet, in odium sæpè plusquam novercale convertitur. Sic videmus ex amore nimio et familiari consuetudine immortales nasci inimicitias: præsertim si illas turpitudine aliqua, aut indecora ratio malè conciliavit. Exemplorum apud profanos plus satis. Una nobis Semiramis non unum nobis reliquit exemplum, quæ amatores suos, et in his filium, quibus assueverat multò, quàm pudicam et honestam deceret, intemperantiùs, mutato animo, quod contingit sæpè cum immoderatus dominatur non tam amor, quàm furor, omnes interfecit. Cur tam brevi ac facilè ardens ille amor in odium illud inflammatum evaserit, variæ afferuntur causæ. Hebræi dicunt oblitatam esse Thamar insultanti, atque prurienti fratri: et in ipsâ luctâ, et nixu in genitali membro læsum fuisse graviter Amnon, ita ut necesse fuerit illud medicinæ gratiâ prorsus abscindi. Sed illi nugantur, ut alibi sæpè. Alii dicunt, verba Thamar in fratrem jecisse contumeliosa. Appellarat prius v. 12 et 13, *stultum et insanum*; deinde cum his verbis nihil promovisset, jactasse in illum multò graviora convicia, quibus irritatus gravius in illam postea, quàm fuerat prius amanter, animatum fuisse. Illa verior ratio, amorem malè conciliatum non esse diuturnum, et ex brevi voluptate et amore, quæ non peperit virtus, aut honesta ratio, implacabiles oriri inimicitias et dolores æternos. Aristoteles sect. 4 Problem. q. 11, ostendit hoc odium ex amore esse frequentissimum, dum quærit: « Cur adolescentuli cum primùm concumbere incipiunt, quibuscumque fuerint ingressi, eas re peractâ odio habeant? » Rationem ipse affert, tu apud illum lege, si lubet.

VERS. 16. — MAJUS EST HOC MALUM, QUOD NUNC AGIS ADVERSUM ME, QUAM QUOD ANTE FECISTI. Tulit graviter, ut par erat, Thamar vim sibi illatam à fratre, sed cur gravius tulerit ab illo fuisse contumeliosè rejectam, non facile explicatu est. Fortassè crediderat puella nimium simplex licitum esse cum fratre connubium, quia nihil audierat, cogitaratque contrarium, et esse alicubi usitatum forsitan acceperat à matre gentili. Cum verò se nunc repulsam à fratre ignominiosè videret, sic secum pavida ratiocinabatur, alios, qui de fratris amore aliquid essent odorati, et nunc viderent è fratris domo turpiter expulsam, aliquid in ipsâ deprehensum à fratre, propter quod horreret nuptias, quas prius expetierat. Hoc autem instar esse mortis illa meditabatur, tum

quia turpissimum erat virgini oblatum esse vitium; tum quia violato virginis pudore grave proponebatur à lege supplicium. Quare si fieri posse existimabat, ut se salvâ religione ac consuetudine, frater sororem consortem haberet legitimi tori, non sine causâ ex hac repulsâ, quàm ex illâ audaciâ majorem virgo cepisset dolorem: quia ut effugeret pœnam à lege præscriptam, vita illi in tenebris ignominiosa et tristis traducenda fuit. Deinde quia violatio occulta fuit, expulsio manifesta; ex illâ exigua, ex hac non levis oriebatur infamia.

VERS. 18. — QUÆ INDUTA ERAT TALARI TUNICA: HUIJUSCEMODI ENIM FILLE REGIS VIRGINES UTEBANTUR. Hæc verba satis convincunt illam sententiam falsitatis, quæ negat, Thamar, filiam esse Davidis, et potius ab illo viro satam cui Maacha illius uxor prius assuevisset. Neque enim, si filia non fuisset regis, tunicam illam gestaret, quæ regis tantum virginibus debebatur. Sed cur hoc loco Scriptura meminit talaris tunicæ, quæ virginum è regiâ stirpe notum erat insigne? Sanè ut illustrior esset ignominia quam subiit Thamar à fratris sui servulo extra domum ejecta, quam ex familiari veste regiam esse virginem ignoraret nemo; et quia incomitata et lugens egrediebatur, facillè quis de illâ indignum aliquid, et alienum à regio nomine suspicari posset, propter quod à fratre, seu ab alio parente conscio, aut etiam jubente, durius esset accepta.

Ubi Vulgatus, *talaris tunica*, Hebraicè *pasim*, quæ vox, ut aliis locis vertit noster interpres, aliquid significat polymitum varium, opere pictum Phrygiò atque plumario; qualis fuisse dicitur tunica, quam filio suo Josepho texuit Jacob. Genes. 37, v. 3, quæ Hebraicè dicitur *כִּסְיוֹת*; et Vulgatus reddidit *polymitam tunicam*. Utrumque fuisse puto in puellâ regiâ Thamar, reliquisque virginibus è regio semine, vestem nempe fuisse ad talos usque demissam, eandemque versicolorem, et variis intextam floribus atque arborum fructibus. Sanè vocem *כִּסְיוֹת* Septuaginta in editione Complutensi vertunt *ἀστραγαλωτόν*, quomodo etiam legit Theodoretus, et annuit Josephus; quæ vox aliquid indicat, quod talos attingit, aut quod ad talos usque descendit. Sed eodem Theodoro teste, Aquila vertit *καρποτόν*, sicut etiam nunc habet Septuaginta codex à Sixto correctus. Quæ vox versicolorem esse vestem indicat, et plumario opere variam, ut exponit ipse Theodoretus, quasi in eo varii arborum flores et fructus sint intertexti.

Et ex hoc loco intelligi potest id, quod ego in Commentariis super Cantica conjectabam, vestem sponsæ esse variis coloribus et argumentis excultam, nempe liliis: nam sæpè in Canticis nuptiales vestes distinctæ dicuntur liliis; et liliorum nomen frequens in epithalamiiis. Imò Psalmus 44, qui totus epithalamicus est, præfixum habet liliorum nomen. Cùm verò sponsa geniali blandimento dicatur *regina* aut *filia principis*, ut ex Canticis constat, et Psal. 44, et nos pluribus in Commentariis super Cantica proleg. 3, n. 16, ideò sponsa, quæ aut *regina*, aut *principis filia* salutatur, vestem affert excultam floribus, qualem sine dubio ferunt regum filia, et qualem nunc dicitur habuisse Thamar.

VERS. 19. — QUÆ ASPERGENS CINEREM CAPITI SUO, SCISSA TALARI TUNICA, IMPOSITISQUE MANIBUS SUPER CAPUT SUUM, IBAT INGREDIENS ET CLAMANS. In dolore gravi cinere aspergi, atque fedari caput, et vestes discindi, res est nota, et ejus rei in Scripturâ sacrâ exemplorum abundè. Aliqua nos adduximus ad illud Ezech. c. 27. *Superjacent pulverem capitibus suis, et pulvere conspergentur*. Et ad illud Thren. 2: *Consperserunt cinere capita sua*. Utrumque in dolore conjunctum legimus, Job. cap. 2, ubi sic de amicis Job: *Exclamantes ploraverunt, scissisque vestibus sparserunt pulverem super caput suum*. Et Amalecita, qui supra c. 1, nuntiavit mortem Saülis, vestes suas conscidisse dicitur, et caput aspersisse cinere. De scissis vestibus vide plura in nostris Commentariis in Jeremiam, c. 36, ad illud v. 24: *Neque sciderunt vestimenta sua*. Illud de manibus super caput impositis obscurius. Sed esse etiam Hebræis usitatum in dolore, ex eo fit verisimile, quia tunc etiam caput operiunt, ut diximus in Jeremiam, ad illud c. 14, v. 3: *Confusi sunt et afflicti, operuerunt capita sua*. Quare qui alio modo non potest, operit saltem manibus, quo signo ostendit se aut grave aliquid subiisse incommodum, aut passum aliquid, ejus ipsum pudere debeat. Quod credo naturale esse signum; nam et qui ætate sunt tenellæ et rudi, quique à naturâ potiùs, quàm à consilio et ratione ducuntur, quando dolent et lugent, manus gestare solent supra caput, quod non semel observavimus. Sanè Hispanus cùm adversum aliquid ostendere vult, hoc fermè modo in speciem proverbiali significare solet: *Volvio con las manos en la cabeza*. Hoc in confusione propter rem infeliciter gestam minatur Jeremias Judææ c. 2, v. 34: *Quàm vilis facta*

as nimis iterans vias tuas! Et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. Nam et ab istâ egredieris, et manus tue erunt super caput tuum. Scindi porrò in dolore vestes et caput pulvere turpari, etiam inter profanos usitatum est, ut ex locis Jeremiæ et Ezechielis supra retulimus. Utrumque ex veterum consuetudine conjunxit in rege Latino Virgilius, lib. 10 Æneid., dùm illum in uxoris fato mœrentem inducit.

It scissâ veste Latinus,  
Conjugis attontus fati, urbisque ruinâ,  
Ganitiem immundo perfusam pulvere turpans.

VERS. 20. — DIXIT AUTEM EI ABSALOM FRATER SUUS, NUMQUID AMNON FRATER TUUS CONCUBUIT TECUM? Occurrit sæpè ex hoc loco nobis Absalom, cujus nomen nisi Latino more varias habeat terminationes, necesse multa dicantur obscurius. Quare sicut feci hactenus sæpè, hoc nomen Latinorum more inflectam. Sed lectore prius admonito, in hoc nomine litteram ultimam esse *M*, non *N*, ut multi scribunt; ut autem in recto Absalom *M* habet in fine, sic etiam habeat in obliquis necesse est. Quare Absalomem dico, non Absalomem; sicut alii, qui aliter inflectunt, Absalomum scribunt, non Absalomum, in quibus est Josephus, vidit Absalom sororem suam pudibundam, et mœstam, et infortunium suum ejulatu muliebri deplorantem; quid tamen esset à fratre passa, non aperiebat, vel quia pudore impediabatur ingenuo, vel quia futurum existimabat inutile. Sed rem est odoratus frater Absalom, qui ex suo ingenio et naturâ ad libidinem pronâ, quam non facillè ab omni coercebat intemperantiâ, conjecturam capiebat, ut de fratris sui ingenio judicaret. Sic enim frequenter usu venit, ut talia de aliis suspicemur, qualia nos patimur; fur alios existimat furta meditari; ambitiosos et avaros ad honores alios, et divitias aspirare putant. Denique vitia nostra, etiamsi nullum appareat signum, aliis tamen affingimus, et omninò alios ex nostris fingimus moribus. Sanè ut in naturâ simile similia gignit, sic in moribus, mali mores malos in aliis mores suspicantur, et quodammodo fingunt. Erat Absalom minùs pudori, aut famæ serviens, ut docuit paulò post, cùm spectante sole et Israele toto, paternum torum impudentissimè violavit; quod nisi libidinis esset profusæ, et profligati pudoris, nunquam aut cogitasset, aut suadentibus aliis admisisset ad animum. Ex se ipso judicavit, qualis ab

Amnone sorori suæ accidisset injuria; neque enim ille, quâ erat impudentiâ, occasionem illam perire passus esset. Nihilominus compressit tunc furorem, quem in fratrem conceperat, quod in tempus magis opportunum reservabat, et consolatus est sororem, et jussit, ne quidquam quereretur de Amnonis injuriâ, aut in illum aliquid moliretur mali, sed meminisset illum esse fratrem, neque fieri posse, ut illius incestus non etiam familiam totam, domumque paternam, aliquâ turpitudine respergeret. Quare continuit se Thamar in fraternâ domo, suamque injuriam assiduis lacrymis et tacito dolore concoquebat. Neque quidquam est Absalom eâ de re locutus cum Amnone, sed ita se gerebat homo callidus, quasi nihil ipsi compertum foret de violatâ sororis pudicitia. Cùmque Davidi gravius accidisset audacissimum illud filii facinus, nihil tamen illi durius locutus est, quia Amnonem, utpote primogenitum, diligebat; neque voluit illi objectâ flagitii turpitudine, dolorem, seu pudorem afferre. Hanc rationem habemus à textu; sed fortassè illa quoque ratio fuit, licet illam Scriptura sacra sileat, quia cùm David in eodem genere gravissime peccasset, verecundatus est exprobrare filio flagitium illud, cujus habebat conscium animum, quodque videbat in caput suum retorqueri posse. Ut enim vitæ innocentia audaciam parit, sic sceleris conscientia omnem admittit ad reprehendum libertatem. An verò peccaverit David, cùm penes illum summa esset potestas, dùm impunitam abire patitur audaciam, cui à lege severissimum est decretum judicium, disputat pluribus Abulensis à q. 8, usque ad q. 12. Quam ego disputationem omitto, quia id facere posse videor salvo interpretis officio ac nomine.

Antequàm ad alteram capitis partem descendendo, in quâ agit de Amnonis interitu, et de vindictâ constupratæ virginis incesto concubitu, libuit adducere, quod scribit Chrysostomus lib. 3 de Providentiâ, tomo 5, ubi cùm varia Davidis incommoda, et patientis animi documenta traderet, hoc et quod ex eo secutum est, primo loco, aut in primis adhibuit: « Sufficere, inquit, ista poterant, Davidis vitæ tam inter eos numerare, qui semper in luctu et miseriis vixerunt. Nunc verò talia postmodum secuta sunt, ut nec olim tristitia pati cœpisse videantur. Quippè fabulas omnes omnemque tragœdiam vicerunt regis hujus clades, adeò illi monstrosa, et invicem sibi